Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



142

quasi hominis. et quartum animal simile
aquile volanti. Et quatuor animalia singu
la eorum habebant alas senas. & in circuitu et
intus plena sunt oculis. Et requiem non habebant.
die ac nocte dicentia. Sanctus. sanctus. sanctus. dns ds
omnipotens. qui erat et qui est. & qui venturus est.
Et cum darent illa animalia gloriam et hono
rem. & benedictionem sedenti super thronum viuen
ti in secula seculorum. procidebant viginti quatuor
seniores ante sedentem in throno. Et adorabant
viuentem in secula seculorum. Amen. Secm Iohm.
Illo. t. Erat homo ex phariseis nicho
demus nomine. princeps iudeorum. Hic venit
ad ihm nocte. & dixit ei. Rabbi. scimus quia
a deo venisti magister. Nemo enim potest hec
signa facere que tu facis. nisi fuerit ds cum eo.
Respondit ihs. & dixit ei. Amen amen dico tibi.
nisi quis natus fuerit denuo. non potest videre
regnum dei. Dicit ad eum nychodemus. Quomodo
potest homo nasci cum sit senex. Numquid
potest in uentrem matris suae iterum introire et